Diözese Passau / Salzburg,

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8340
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Det tibi deus de rore cæli & de pinguedine terræ habundantiam
frumenti & vini & olei & seruiant tibi populi & adorent te
tribus. Esto dominus fratrum tuorum & incurbentur ante te filii
matris tuæ. Qui maledixerit tibi maledictus sit & qui
benedixerit tibi benedictionibus repleatur. Vox ysaac simone
impleuerat: et egressus iacob foras uenit esau. cum ecce
de uenatione abiens intulit patri dicens. Surge pa
ter mi & comede de uenatione filii tui: ut benedicat mihi
anima tua. Dixitque illi ysaac. Quis enim es tu? Qui
respondit. Ego sum filius tuus primogenitus esau
Expauit ysaac stupore ueheementi & ultra quam ce
dere potest admirans ait. Quis igitur ille est qui de
dum ceptam uenationem attulit mihi? Et comedi ex
omnibus: priusquam tu uenires. Benedixique ei: & erit bene
dictus. Audiens esau sermones patris: erigitur cla
more magno: et consternatus ait. Benedic etiam & mi
hi pater mi. Qui ait. Venit germanus tuus fraudu
lenter: & accepit benedictionem tuam. At ille subiunxit. Iuste
vocatum est nomen eius iacob: supplantauit enim me
en altera uice. Primogenita mea ante tulit: et
nunc secundo surripuit benedictionem meam. Rursumque
ad patrem: numquid non reseruasti mihi bene
dictionem? Respondit ysaac. Dominum tuum illum constitui:
et omnes fratres eius seruituti illius subiugauimque frumento
& vino stabilivi eum: & tibi post hæc fili mi
vltra quid faciam? Ait esau ait. Nunquid iniquitatem
iacob iudicas pater? Mihi quoque ob secu
ta benedictionem. Cumque eiulatu magno fleret motus
ysaac dixit ad eum. In pinguedine terræ & in rore cæli